

102. tēpus deinde quod ita hac additiōe colligit, intromittēdum tabulæ secūdæ, accessus & recessus nonæ sphēræ primū cū annis collectis, deinde cū mēsib⁹ aut dieb⁹, qui respōdeāt iōpis mē sib⁹, postremo cū horis & horar⁹ minutis si que in dato tēpore existat, mot⁹ itaq; trepidatiōis p datū tēp⁹ hoc modo elicit⁹ erit accessus & recessus nonæ sphēræ qui querebat velut si fuerit in tētio motū accessus & recessus nonæ sphēræ numerare, p annis bisextilib⁹ seu rhomanis 1251, & dieb⁹ 152, a Christi saluatoris nostri nativitate cōpletis seu pro Alfonsi regis aera, igit̄ annis rhomanis seu bisextilib⁹ 1251, dieb⁹ 152, addant anni rhomani 20, dies 102, quibus ante nostri saluatoris incarnationē trepidatio nonæ sphēræ integrā reuolutionē p fecerat. Et fuit anni 1271, dies 254. Secundā itaq; trepidatiōis nonæ sphēræ tabulā in pris mis ingrediēdo cū annis rhomanis 1000. Excipiunt signa cōia iii, gra, xxvii, minuta prima xliii, secunda xx, tertia l, deinde cū annis 200, gra, xxiii, minuta prima xxxii, secunda xl, tertia 10. Prēterea cū annis lx, gra, vii, minuta prima iii, secūda xlvi, ter tia iii. Rursus cū annis xi, gradus vñus, minuta prima xvii, secūda xl, tertia lvi. Deniq; cū diebus 243, qui cōpetūt diebus ab initio ianuarii vñsc̄ ad finē Augusti cōputatis, colligunt̄ minuta prima 4, secunda xli, tertia lvii. Postremo diebus xi, ex eadē secūda tabula cōperiunt̄ minuta secūda xii, tertia xlvi, his oīb⁹ aggregatis emergit mot⁹ trepidatiōis nonæ sphēræ, p Alfonsi regis aera, cōmuniū signor⁹ iiii, graduū xxix, primor⁹ minutor⁹, xlvi, secundor⁹ xxvii, tertiorū xlvi, quod inuentū vñico differt tertio a priore. Verū nemini scrupulū gignat, q; p aera Alfonsi in presenti supputatione subiecerā annos rhomanos 1251, dies 152. Nā annus incōplet⁹ quo Alfonsi regis aera desierat bisexti lis extitit, atq; iccirco diē vñū oportebat adiicere, vt fieret anni rhomani 1251, dies 152, cōpleti, quod in superiore numeratione necessariū nō fuerat. Insup notandum q; si datū ante saluatoris nostri nativitatē tēp⁹ extiterit maius annis rhomanis xx, dieb⁹ 102. His itaq; ex dato tēpore sublatis, relinquit tēpus, quo ex secūda hac tabula, trepidatiōis mot⁹ elicit⁹ & dēptus ex integrā circulo, id est ex signis xii, relinquit nonæ sphēræ trepidationē.